

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon
pharmaceutico-chymicvm**

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Anisum]

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

ana ꝑs. *Bacc. lauri excort. Juniperi an. ꝑij. Flor. Calendulae. Lavendula, rosar. rub. an. ꝑij. Myrrharub. Lig. Aloes, Macis, ana ꝑis, Caryophyllor. Nuc. Moschat. ana ꝑj.*

Infundatur in aceti vini Sambuc. s. q. donec perfecte colorentur, postea acetum coletur & reponatur. *Vid. corp. ph. p. 38. a.*

Anacollema frontale ex Schræd.

ꝑ. *Mastich. Thur. Myrrh. ana. ꝑis. Bol. arm. Palulater. ana ꝑs. Croci ꝑj. Cum albumin. ovi, ol. rosac. & pauillo aceti. F. Frontale.*

VIREs. Prodest in lippitudine, aliisque affectibus oculorum fronti impostum.

Aliud ex Schræd.

ꝑ. *Argilla usta, farina volat. Staubmeel. Boli Armen. ana ꝑs. Succ. acac. Hypocyst. ana ꝑij. cum album. ovi & modico aceto. F. frontale.*

VIREs. Convenit in Hæmorrhagia narium. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

Anisum Laxativum Zœvelfferi.

ꝑ. *Sem. anisi* benè mundati à suis stipitibus t̄b. s. Immittatur ahenò confectorio supra ignem collocato (prout jamjam præmissa huic classi Prolegomena satis edocuere) humectetur post saccharo clarificato & ad consistentiam syrupi paulo crassiore macto, cui statim superinspergatur nonnihil de pulvere sequente jam describendo (loco quasi amyli pulveris, quo, uti superius innui, confectarii suas confectioes adulterare solent,) utpote.

ꝑ. *Pulv. diagridii sulphurati & amygdalis dulc. probe subacti ꝑis. Galap. subtiliss. ꝑj. Mechoac. albe unciata*

ciam unam semis. *Cremoris Tartari* ℥j. *Cinamomi opt. acuti* ℥i. *Nuc. Moschatarum* ℥iij.
 Fiat omnium pulvis subtilissimus.

Hæ igitur operationes, scilicet humectando semina Anisi cum dicto saccharo liquido & inspergendo de pulvere jam præscripto, exsiccandoque denuò, toties fiant, quousque totus pulvis præscriptus semini anisi conficiendo vel saccharo obducendo agglutinator fuerit: Et sic corpus hujus confectiois (prout *Confectarii*, loquuntur) erit confectum.

Hoc peracto, denuò cum puro & solo saccharo clarificato liquido hoc corpus anisi solutivi aliquoties humectandum & exsiccandum, usque dum competentem magnitudinem albedinemque à saccharo solo puro sine aspersione pulveris, amplius nacta fuerit, (obliterato nimirum corpore cineritio è pulvere facto) quæ confectio vel glabra relinquenda, prout loquuntur, vel crispanda est, ut termino confectariorum denuò utar. Et sic probè ac dexterè erit parata confectio anisi solutiva, qua ipsa multi, præsertim infantes, ob gratitudinem ipsius saporis, & alii, qui à Pharmacis omnibus abhorrent, decipi veluti possunt, loco confectiois puræ delicatulis istis portigenda.

Est pharmacum certè non aspernandum in diversis morborum speciebus, ubi purgatione opus est, utpote in febribus putridis, diuturnis & intermittentibus. Aquam Hydropicorum educit nec non podagricis frequentius sumpta salutaris est. *Vid. corp. ph. p. 329. a.*

Anisum Laxativum Pharmacopœe August.

℞. *Sem. anis. mundati* ℥vj. *diagridii* ℥iij. & ℥vj. *Masticis electæ* ℥ss. *spec. de gemmis frigid.* ℥ij. *Diamargarit. frigid.* *Cinamomi acuti*, *Caryophyllorum*, *Nucis Moschatae*, ana ℥j. *Sacchari albillimi* ℔v. & ℥iv.

Fiat

Fiat secundum artem confectio.

Aniso hoc solutivo plurimi adstricta alvo laborantes, ad eam facilitandam ante cibum utuntur; Nonnulli autem, qui medicamenta purgantia alioquin respiciunt, hujus confectionis jucunditate allecti eam assumptam repurgantur. *Vid. corp. ph. p. 329. a.*

Anisum solutivum Emeticum *Zwelfff.*

℞. Sacchari albillimi ℥ij. solvantur cum s. quant. Aquarum rosarum fragrantis. Ad consistentiam syrupi crassorem, interea paretur pulvis catharticus, ut pote:
℞. Pulv. Rad. Mechoac. alba ℥j. Asari ℥v. Cremoris Tartari ℥j. Cinamomi ℥ss. Nuc. Moschati ℥ij. Mercurii vitæ ritè & dextræ parati ℥iij. vel ℥ss.

Misceantur, fiat pulvis, servetur, jam vero:

℞. Sem. anisi selecti & à stiptibus probe liberati ℥ss.

Immittatur ahenò cupreo super igne leni collocato, suspenso & cum supradicto saccharo humectetur inspersoque pulvere cathartico supra scripto iterum exsiccatetur (prout superius ad amullum omnia edocta sunt.) Et hoc (videlicet saccharum affundendo, & pulverem inspergendo totumque semper exsiccando) toties & tandiu faciendum, donec supradictum saccharum, nec non pulvis catharticus, & Emeticus descriptus aniso juncta, in unum corpus coaluerint.

Huic porro corpori Anisi cathartico tantum sacchari liquidi rosati, repetitis vicibus, affundito, & semper exsiccato, quoad confectio competentem magnitudinem & candorem acquisiverit; servetur tandem usui, cujus dosis erit ℥ss. vel ℥v. si integræ confectionis compositum in pondere quatuor libras non excesserit.

Est medicamentum & confectio Cathartico-Emetica, pro hominibus robustis, è quibus per Emetum sa-

bur-

burra vitioforum humorum exturbanda videtur; Unde in morbis Chronicis, febre quartana, tertianis intermittentibus, Melancholia Hypochondriaca, Ictericitia, & ubicunque humor biliosus & Melancholicus infixus prædominatur, auxilio est. *Vid. corp. ph. p. 331. a.*

Anisum solutivum solidum *Zwelfferi.*

Recep. Sacchari Canar. albi ℥viii.

Solvatur & coquatur cum *aq. Anisi* ℥. q. ad consistentiam Tabulati, cui, dum parumper refrigerit, adde: *Pulv. sem. anisi* ℥℞. *Nuc. Moschatæ* ℥ij. *Diagridii sulphurati amygdalis probe subacti* ℥℞. *Galapp. Radic.* ℥v. *Cremoris Tartari* ℥ij.

Fiat confectio in morsellis vel tabulis.

In operationibus coincidunt hæc rotulæ vel Morselli cum superiore confectioe anisi solutivi. Dosis sunt ℥ij. ad ℥℞. *Vid. corp. ph. p. 344. a.*

Antimonium Diaphoreticum Solare
Zwelfferi.

Recip. *Reguli antimonii purissimi* ℥ij. *auri fini* ℞ *purissimi* ℥ij. fundantur in crucibulo igne forti, & illico effundantur in mortarium calidum, ne cedat denuo *Regulus.* Hujus *Reguli nunc aurati* ℞ *subtiliter triti* uncii duabus circiter adde:

Nitri purissimi ℥j. *Cremoris Tartari* ℥v.

Mixta hæc & in pulverem redacta, detonent paulatim (uti loquuntur Chimici) h. e. cochlear unum post aliud, hac mixtura plenum prunæ vel crucibulo candenti inspergendo, Peractâ hac primâ calcinatione, massa residua in pulverem iterum conterendo, redigatur, additisque illi porrò:

Nitri